Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



illo t̃. Cum s. ioachim audisset iohis munera ipsi. mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Et respondens ihs. ait illis. Euntes renuntiate iohi. q̃ audistis. et vidistis. Ceci vident. claudi ambulant. lepsi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizant. et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illo tempore. cepit ihs dicere ad turbas de iohe. Quid existis in deserto videre? Nam in die vento agitatam? Sed quid existis videre? Homine mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiunt. in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis. et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. qui preparabit viam tuam ante te. Off.

Benedixisti domine terram tuam auertisti captivitatem iacob remisisti iniquitatem plebis tue. Secre. Concedens nobis domine quesumus hostia ingenita immolentur. que et sacro pagat mysterio. et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Po. Dicite pusillanimes roborate. timete et nolite timere ecce deus vestrum venit et saluabit nos. Complu.

Implorantes domine clementiam tuam. ut hec diuina subsidia. auxilio expiatos. ad festa venturum tuos preparent. Po. Fiat mis.

Rorate celi desuper. et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Ord. Omnipotens deus. ut redemptionis nostre ventura sollemnitas. et presens nobis hac subsidia conferat. et cum beatudinis premia largiatur. Ad dieb illis. Ysaie prophete. c. iii. Hec dicit dominus. Ecce mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam. Et continuo veniet ad templum suum dominator quem vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituum. Et quis sustinebit diem ingressus eius. aut quis stabit ad videndum eum. Ecce quasi ignis conflantis. et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et mundans argentum. et purgabit filios leui. et colabit eos quasi aurum et argentum. Et erit dominus iacob. et erunt ad dominum offerentes munera in iustitia. Et placebit domino oblatio iuda et hierusalem. sicut dies seculi. et sicut annorum antiquorum. Ait dominus. Ecce ego mitto angelum meum. et prospiciet viam ante faciem meam. Et continuo ad templum suum veniet dominator. et angelus testamenti quem vos cupitis. ecce venit dicit dominus exercituum. Et quis sustinebit diem introitus eius. aut quis stabit ad aspectum eius. Ecce ignis conflans